


Lang
16





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



D. O. M. A.

Eoque Directore & Preside

hanc

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DE

JURE RETENTIONIS

permissu & auctoritate

Jesp.

MAGNIFICI NOBILISS. ET AMPLISS.

JURISCONSULTORUM ORDINIS IN CE-

leberrima & illustri ARGENTORATIENSIIUM

Universitate

pro

Summis in utroque jure honoribus
ac privilegiis

DOCTORALIBUS

ritè consequendis

Publico & solenni examini subiicit.

ad diem 20. Junij horis octog, solitis.

JOHANNES *Breiger* / Neoburgo-
Lunæburgicus.

—S:O:50

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS REPPIL

ANNO M. DC. XLIV.

12 409.

1644, 1.

titius lo
teufes
ra qua
.de Iur
tum ca
cclesia
has fil
nd non
ed nos
hac de
t, Em
tionem
pensa
et it l.
cipit et
pensa
e affert
mitat j
ec de





I N
JES
9



sub
diffi
cess
con
arg
fem
libe

div
O d
gu
ter
nor
vel
z. C
tur
cui
l. si



IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI AD OMNIA CONSILIA OMNES-
que actus semper progredimur, cum sacratissimo Imp.
nostro Justiniano in l. 2. C. d. O. P. P. A.

T H E S I S I.



otum jus consistit aut in acquirendo, aut in con-
servando aut in minuendo: aut enim agimus quem-
admodum quid cujusque fiat, aut quomodo alien-
net aut amittat teste Ulpiano JCo in l. fin. de ll. sub
secundo hujus legis membro Jus RETENTIONIS,
quo de hac disputatione, cum bono Deo, acturi lu-
mus, comprehendi, nullum est dubium.

2. Hanc autem Retentionis materiam difficillimam quidem,
nube involutam, obscuram & prolixè in practicis tractationibus sese
diffundentem Græven. 2. pract. concl. 12. consid. 2. n. 1. pulchram tamen ne-
cessariam, & frequentem teste Peckio de jure sistendi cap. 50. in pr. nulla
commendatione egentem, cum ejus utilitas se ipsam satis ostendat
arg. l. 1. de restitut. in integr. aliquot thesium cancellis, quantum in præ-
sentiarum fieri potest, propositurum, vocem ipsam ab ambiguitate
liberare decet arg. l. 1. de reb. credit.

3. Sumitur enim vocabulum Retinere apud JureConsultos
diversimode I. pro detinere dolo malo ut in l. 1. l. quod & 3. §. 3. 4. 5.
& 6. de libero hom. exhib. II. pro cohibere l. idem juris 8. in fin. l. si ex pla-
gus 2 §. 2. in med. ad L. Aquil. §. impetu 8. Inst. eod. III. pro tradere §. in-
terdum 44. de R. Divis. §. item si de dote 38. de Action. IV. pro subsistere &
non dissolvi l. patre furioso 8. ibi retinere matrimonium de his qui sunt sui
vel alien. jur. V. deducere, decidere ut in materia Legis Falcidie Cujac. cap.
2. O. 8. VI. pro artestare vel detinere l. pen. §. fin. Locati. VII. quan-
tum ad nostrum negotium, retinere significat detinere rem alterius
cuius possessio non vitiosa penes nos est arg. l. cum vitiose 25. de pig. arg.
l. si Paulus 14. d. d. m. & m. exc.



4. Ut autem melius intelligatur ea, quæ suscipitur tractatio, admonente Cicerone *l. 1. off. descriptionem Retentionis hanc ponimus: Quod sit remedium rem alterius apud nos sine vitio constitutam servandi donec ab eo nobis satisfiat jure permissum.*

5. Dico I. remedium jure permissum *arg. l. si in area 33. de Condiç. indeb. l. 1. §. 4. de superficie l. invitus 156. §. 1. de R. 1.* II. Rem alterius scilicet debitoris mei quia rei propriæ nulla retentio, cuius plenum habeo dominium *l. in re mandata 21. C. mand. l. sed etsi 25. §. consuluit 11. de hered. pet. iii. & quod semel meum amplius meum fieri non potest §. sed si rem 10. de Leg. arg. l. uti frui 5. si usus fructus petar.* III. apud nos constitutam, Retentio enim sine possessione *l. si rem 29. §. 1. de Eviç. l. Paulus 14. de d. m. & m. exc. §. ex diverso 30. de R. D.* eaque non vitiosa, non procedit *l. cum vitiose, 25. de pignor.* IV. donec nobis satis fiat à debitore nostro: satisfactio enim est finis retentionis.

6. Explicationem descriptionis subsequitur divisio in species. Species Retentionis alia Vera, alia quasi *arg. §. item si de dote 38. d. actio.* Alia juris, alia Facti *arg. l. quod dicitur 5. de impens. in res dotal. fact.* utraque peculiarem habet effectum *v. Vultej. ad §. sequens illa divisio 16. n. 44. & ad §. 38. de Action. Cujac. 2. O. 8. alias & plures retentionis species facit. Althusius in tract. de Retentione & in Dicoçolog. 2. 16. 3.*

7. Causæ ob quas detur retentio ab Jctis afferuntur & constituantur variæ, ut videre licet apud Bald. *in l. fin. C. commod.* Bartol. & Jason. *ad l. si non sortem 26. §. 4. de cond. indeb.* Bartol. *ad l. 5. C. in quib. caus.* Castr. *ad l. fin. C. commod.* Cujac. 2. O. 8. & 18. O. 10. Bald. *ad l. unc. C. etiam ob chirograph. pec.* Trentacinq. *var. resol. lib. 3. resol. 1.* Althusius *d. l. n. 3. 4. 5.* Sartor. quas ad certas classes certumque ordinem referre difficile est, & licet à diversis diversæ constituantur causæ, ita ut inter se distare videantur, effectu tamen & fine conveniunt, teste Molignat. *tractat. de Retentione questio. 199.* melioris tamen ordinis causa demonstrabimus, quod Retentio detur I. propter pignus vel hypothecam expressam. II. propter tacitam. III. ob id quod res quasi obligata & pro quasi pignore à nobis retineri possit. IV. propter Impensas in rem apud nos constitutam factas. V. propter debitum proprius rei utilitate eiusque occasione contractum. VI. propter possessionem rei non vitiosam. VII. propter pactum inter creditorem & debitorem seu rei retentæ dominum. de quibus, Deo auxiliante, pro instituti nostri ratione, breviter videbimus.

8. Itaque ob expressam rei retentæ obligationem, quæ pignoris vel hypothecæ loco ad creditorem sine vitio pervenit, quam cum amissa

411.
missa possessione vindicare & petere possit l. pignoris. C. de pignor. l. si fundus. 16. §. 3. & l. seq. eod. l. 2. C. si unus ex plurib. hered. creditor. vel debitor. §. item Serviana 7. de Action. multo magis creditori possidenti datur retentio. arg. l. 1. §. 4. de superficie. l. in vitus 15 6. §. 1. de R. l. l. si rem. 29. §. 1. de Evictionib. l. eleganter 24. §. qui reprobos 1. de pignor. act. Costal. ad l. 18. §. posunt n. 10. commod.

9. Quod in omnibus creditoribus etiam conditionalibus, ex quacunque causa ipsis debeat l. creditores 10. cum l. seq. l. conditionales 54. cum l. seq. de V. S. modo exceptione perpetua repelli nequeant d. l. & l. 1. qui 42. de O. & Act. l. vel obligatus 20. §. 3. de liberali caus. sive conventionalis, sive praetorium, sive iudiciale sit pignus, procedere puto §. fin. quib. mod. re contrah. l. per retentionem 4. C. de Vfur. l. solutum 11. §. 3. de pignor. act. arg. l. fin. C. de distract. pignor. gloss. & Bald. ad l. unie. C. etiam ob obograph. pec. Trentacing. d. l. resol. 11. donec integrum debitum solutum l. si rem 9. §. 3. l. 11. §. 3. de pignor. act. sive una sive plures res pignori datae & ex quarundam distractione aliquam vel majorem debiti partem sit consecutus, reliquas ob residuum, vel ut evictionis nomine caveatur, retinere potest l. 8. §. 1. l. 9. §. 3. cum pignoris causa individua l. rem hereditariam 65. de Eviction. l. quamdiu 6. C. de distract. pignor. l. heredes 25. §. 14. fam. hertisc. Carpzov. in Iurisp. for. p. 2. const. 23. definit. 31. & perinde est sive propria, sive aliena res pignori data, dummodo hoc casu ejus dominium debitor postmodum nactus sit l. 1. ubi Bartol. de pignor. vel dominus rei ratum habuerit l. aliena res 20. d. pignor. act. pecuniave in ejus utilitatem & rem versa sit l. 1. C. si aliena res pignor. l. item si 7. §. 2. ad SC. Macedon. l. qui balneum 9. §. 3. qui prior. in pign. Negusant. rr. de pignor. 4. membr. 5. part. n. 5.

10. Idem obtinere puto, licet obligatio stricto jure (ut pupillorum r. ff. & C. de auth. tutor. l. Lex qua 22. & passim C. de administr. tutor. nisi adhibitis solemnitatibus) non valeat, sufficit tamen acceptam a tutore l. tutor 16. de pign. act. l. si pupillorum 7. §. 5. l. pen. §. 1. de reb. eor. qui sub tut. vel procuratore pecuniam l. 1. C. si res alien. pignor. dat. in utilitatem ac rem pupilli esse versam d. l. 1. l. curator 3. G. eod. l. utere 14. l. si praedium 16. C. de prad. & al. reb. minor. Negusant. d. l. Tusch. pract. concl. tom. 7. lit. R. conclus. 307. n. 4.

11. Sorte etiam in totum soluta, vel si alio modo creditori satisfactum l. quod vendidi 19. l. ut res 53. de contrab. empt. l. solutionis verbo 176. de V. S. l. solutionis verbum 54. de solut. §. vendita 41. d. R. Divis. pignus vel hypotheca non solum pro ea summa, quam propter possessiones

A 3 pignori

pignori datas, ad collationem muniendarum viarum vel quodlibet aliud necessarium obsequium creditor præstitit, quæ omnia in sortem computantur *l. in summa 6. C. de pign. & hypoth.* sed etiam pro usuris cum per stipulationem, tum per nudum pactum specialiter promissis, retineri potest *per text. l. per retentionem 4. ibiq. Sichard. num. 61. pignoriibus 22. C. de Vfur. l. cum quidam 17. §. 4. eod. l. 24. de præscrip. verb. Boccr. cl. 4. disput. de Vfuris th. 24.* imò licet de usuris nihil in specie dictum, pignusque simpliciter datum, antea tamen vel post usuræ istæ in stipulationem deductæ fuerint, retentio pignoris pro illis non denegatur *l. si necessarias 8. §. fin. de pignor. act. l. creditor 12. §. 61. Lucius Titius 18. qui potior. in pignor.* creditor enim censetur pignus in omnem causam tam sortis quam usurarum accepisse *l. si quis pro eo. §. 6. §. 2. de fidejuss. Sichard. d. 1.* Si vero usuræ nec in stipulationem deductæ, nec per pactum promissæ fuerint, forte solutâ pignus pro illis, in odium usurarum retineri non posse puto *per l. solutum 11. §. 2. de pignorat. action. d. l. 22. C. de Vfur. Bald. ad l. univ. C. etiam ob chirograph. pec. Cujac. lib. 15. O. 22.*

12. Quæ omnia in pignore Conventionali, sive de retentione ejusvè distractione inter creditorem & debitorem convenit sive non, simpliciter procedunt *per l. si convenit 4. de pign. act. §. contra 1. quib. alien. lic. vel non. arg. l. si. C. de prator. pign. tt. ff. & C. de distract. pign. l. 1. C. de pact. pign.* Circa pignus prætorium vero & judiciale aliqua difficultas oritur, cum hujus distractio potius quam retentio, si modo res emptorem inveniatur, concedatur *l. cum in causa 2. & 3. C. si in causa jud. pign. nec par ratio Conventionalis & judicialis pignoris: illud enim utriusq; voluntate l. 1. de pign. act. l. contrahitur 4. de pign. §. fin. quib. mod. re contrah. hoc vero ex necessitate per judicis sententiam & judicium l. 1. C. si in caus. jud. quod in invitum redditur l. inter 83. §. 1. de V. O. Thoming. decision. 50. licet pro omnibus hisce pignoris speciebus actio hypothecaria competat. arg. §. item Serviana 7. de Actionib. l. fin. C. de prator. pignor. Beuther. de jure pralat. lib. 2. cap. 52. Ferrariens. in form. libel. actio. hypoth. adde supra th. 9.*

13. Verum enim verò ut retentio propter pignus vel hypothecam expressam locum habeat, requiritur omnino ut contractus pignoris non sit vitiosus *l. cum vitiose 25. de pignor. conjunge que diximus th. 9. in fi. & th. seq. ubi tres limitationes ad hanc rhesin perinentes videbis, quas repetere nolimus.*

41. Unde

14. Unde nec depositario, licet alias habeat hypothecam in bonis deponentis constitutam, pretextu alicujus debiti, quod contra ipsum deponentem prætendit, rei depositæ *l. si quis 11. C. depositi ubi gl. & Bald. num. 4. Novell. 88. cap. 1.* Nec etiam Commodatario rei commodate nisi ob impensas ut infra, retentio conceditur, *l. fin. C. commod. ubi Bald. Salic. & Dd. communiter. Molign. q. 61.*

15. Quibus adjungimus maritum, qui contra expressum juris textum, licet legitimam dotis possessionem habeat, jure & beneficio retentionis dotis contra uxorem vel ob res ab ea constante matrimonio divortij causa remotas *l. simulier 21. §. 1. l. rerum amotarum 25. d. action. rer. amotar. (eo enim soluto & furti tenetur l. & ideo. 3. d. 1. licet, in reverentiam matrimonij conditione furtiva tantum agatur l. 2. C. eod. l. 2. l. 3. §. 2. ff. d. 1. l. pen. expilat. heredit. l. adversus uxorem 4. C. de erimin. expil. hereditat. Wesenb. paratitl. de act. rer. amotar.)* vel ob res ipsi ab uxore donatas, vel ob liberos ex ea susceptos, uti non potest. *l. un. §. taceat 5. C. de R. V. A.*

16. Sed cum multitudo negotiorum sæpissimè non permittat ut contrahentes expressa conventionione, pignorisque constitutione sibi prospiciant, æquitas tamen ipsa postulet ut contrahentibus vel quasi, cautum sit, jura in singularem quarundam rerum ac personarum favorem tacitum pignus, quod & legitimum *Colleg. Argentorat. rit. de pignor. th. 13. & tit. in quib. cau. pig. tac. th. 1.* & legale, quia legis dispositione est constitutum *l. 1. ibi: ipsa lege induci. C. com. de legat. l. eo jure 4. d. licet 6. in quib. caus. pig. tac. & lex efficaciter operatur ita ut posito actu cui voluit inesse semper inest Bachov. in not. ad Wes. tit. de pign. act. & quasi pignus dicitur l. utique 34. de dam. infect. Albus. in Dictionologia lib. 1. cap. 71. num. 2. & 3. Negusane. de pignor. 4. membr. 2. part. princip. num. 1. 2. 3. introduxerunt.*

17. Inter has personas uxori lex ipsa tacitam hypothecam in bonis mariti tribuit *l. unic. in prin. & §. 1. C. d. R. V. A. l. assiduis 12. in pr. & §. C. qui potior in pign. §. fuerat 29. de Actio. in quorum tenuta i. e. nuda detentione Schard. in Lex. in v. tenuta mulier tempore mortis mariti sine vitio fuit, eaque pignoris vel hypothecæ loco pro dote & bonis paraphernalibus, donec sibi à mariti heredibus satisfactum fuerit, retinere potest d. l. un. d. l. 12. §. 1. l. si cum dorem 22. §. fin. sol. matr. auth. item privilegium C. de heredic. & Manich. l. ubi adhuc 29. ubi gl. C. de I. dor. l. fin. C. de pact. convent. c. ex literis 5. in fin. de pign. Mynsing. 4. O. 13. 5. O. 5. 6. O. 45. Gail. 2. O. 86. num. 3. 2. O. 92. num. 10. Hartm. 1. 27. O. 18. Zas. in d. §. fuerat 29. num. 14. de Act.*

18. Et

18. Et hoc beneficium mulier non solum habet in bonis
quæ constante matrimonio jure familiaritatis cum ipso tanquam
uxor habuit communia *arg. l. 1. de Act. rer. amotar. l. 4. C. de crimin. expil.
hered. l. jure familiaritatis 41. de A. vel A. P. ibique Bartol. Iason. in l. si non
forssem 26 §. 4. de cond. indeb. sed etiam extenditur ad reliqua mariti bo-
na mobilia & immobilia non vero feudalia. *arg. tit. 55. F. 2. & t. 8 §. fin.
F. 2* quia Vasallus non habet jus plenum, & jus feudale sub pena ista
bona obligari prohibet, proinde non possunt venire sub tacita hypo-
theca *Bachov. d. l. quam sententiam in Camera receptam dicit Mynsing. o. O.
45. Vultej. de Feud. lib. 1. c. 10. num. 42. Wesenb. paratit. tit. in quib. caus. pign.
vel hypoth. r. ac. num. 4. Col. Arg. d. 1. tb. 5.* (Contrarium vero in Saxonia &
toto pene Imperio Romano usu esse receptum, confirmat *Rittershusius
in part. feud. lib. 6. 3. 4. 47. lib. 2. Berlich. part. 2. Conclus. 32. n. 3. ubi de jure
Sax. idem confirmat.*) quorum possessionem adhuc vacantem & ab he-
redibus mariti nondum apprehensam propria autoritate & absque
alia solennitate ingredi *arg. l. dotis actione 9. C. solut. matr. nec prius inde
discedere quam illata dos & bona paraphernalia actualiter restituta
arg. l. quamdiu 6. C. de distr. pign. l. creditoris arbitrio 8. ff. eod. Salic. in l. fi. C.
commod. gl. in l. un. C. etiam ob chirograph. pec. Myns. de obs. 45. cent. 6. Forster.
de succession. ab intest. lib. 7. c. 15. num. 7. Negusant. d. l. 4. m. 5. p. n. 5. Dan. Mol.
4. semest. 13. Carpzov. in Iprud. sovenf. p. 2. const. 25. def. 8. Dornesperus. Syn-
tag. Tur. de probat. excep. C. 6. lib. 3. c. 12. num. 1. neque requiritur ut mulier
animum retinendi declaret, secundum *Bursat. consil. 8. num. 15. vol. 1. Ca-
valcam in tract. de Vsufr. muli. relicti n. 201. cum non prohibeatur causam
possessionis mortuo marito mutare secund. Bartol. in l. pen. C. de pign.
quod etiam jure familiaritatis mortuo marito soluto, legis beneficio
fecisse præsumitur per ea quæ ex *Dd. adducit Mogn. d. l. q. 20. melius ta-
men ac tutius faciet mulier, si factis vel verbis animum suum decla-
ret, se bona mariti jure retentionis pro sua dote & aliis possidere. Ber-
lich. d. l. num. 19.****

19. Ob donationem etiam propter nuptias quæ & nomine &
substantia nihil distat à dote *l. fin. C. de don. ante nupt.* ut & ob portio-
nem ex partibus dotalibus, vel testamento mariti vel statuto loci mulie-
ri debitam, retentionem bonorum mariti, illi denegandam non esse
puto *d. l. fin. & aub. permissa. juncta l. ubi adhuc 29. cum aub. seq. C. de l. dor.
l. un. in pr. & §. 1. C. de R. V. A. §. est & aliud 3. de donat. ubi gl. in verb. exequen-
tur. Guil. 2. O. 92. n. 5. Carpzov. d. l. de fin. 8. n. 6. & def. 9. & 10. Zas. in d. §. 29.
n. 14. de Act. Berlich. d. conclus. 32. num. 5. ubi hoc ampliat, siue mulier retineat*

tineat contra maritum ad inopiam vergentem, vel contra extraneos hypothecaria agentes. non tamen mulier potest retinere res quas maritus alieno nomine possidet, ut Locatas, commodatas, depositas *Berlich. d. l. num. 17.* eosque, qui mulierem deponenti, commodanti, pigneranti etiam quod ad has res extantes præferri putant, turpiter errare dicit *Bachov. ad Wesenb. tit. in quib. caus. pig. tac.* quia ejusmodi res non sunt in bonis mariti. Mulierem vero quæ beneficium retentionis pro dote & bonis paraphernalibus elegit, bonaque mariti ipso actu retinet, si postmodum utiliore & meliorem viam inveniatur, per quam sibi prospicere possit, hanc apprehendere non prohiberi puto: retentio enim quæ est species exceptionis alia juris remedia mulieri competentia non excludit, *arg. l. nemo prohibetur 8. de exc. §. si quis 35. de ad. & hypothecaria & officium judicis se ad invicem compatiuntur. ex Borg. de usufr. num. 208. refert Molig. d. l. q. 345. & 354.*

20. Casu tamen prædicto cum mulieri vel viduæ saltem alimmenta ex bonis mariti usq; dum de dote & aliis sibi satisfactum, concedantur *art. l. 1. §. mulier. 19. de vent. in poss. mur. si omnium mariti bonorum administrationem suscipit, dubium non est, quin inventario confecto vel juramento ratione suæ administrationis reddere teneatur. Alber. de Ros. in l. 15. de reb. auth. jud. poss. arg. l. 56. Locat. Dan. Moll. 4. §. 1. §. 13. Berlich. d. l. n. 24. & seqq. Carpz. d. l. def. 14.*

21. Et hoc retentionis beneficium non solum ipsi viduæ, sed etiam eius heredibus tam descendantibus quam extraneis *arg. l. heredis 65. 70. 170. d. V. S. competit arg. l. 7. §. fin. d. cond. furt. l. 13. §. 3. d. fund. dor. Bartol. in l. 26. §. 4. d. Cond. indeb. Berlich. d. l. n. 7. & 8. Myns. 6. 32. Carpz. d. l. def. 16. imò mulier sive vidua hoc jus cedere, vendere & in alium transferre potest *arg. l. in hoc judicium 14. §. 1. Com. div. l. ex pluribus 42. de adm. & per. tur. Berlich. & Carpz. d. ll.**

22. Maritus eodem gaudet tacitæ hypothecæ in bonis uxoris suæ privilegio, scilicet si dos promissa realiter non præstita, vel res dotales evictæ *d. l. un. §. 1. C. de R. V. A. vel si ipsi ex jure cõmuni vel statuto. vel alio modo ex bonis uxoris aliquid debetur, arg. d. l. 29. C. de l. dor. l. 9. §. 3. l. 7. §. 1. eod. tunc mortuâ uxore, maritus heredibus eius bona, antequam sibi satisfactum, reddere non tenetur *Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. num. 202.* idque propter naturam correlativorum *l. fin. C. de Indict. viduit toll. l. fin. de acceptilat.* quo casu & maritus ad confectioem inventarii & ad rationes reddendas obligatus est *adde ib. 20. præc. Berlich. d. l. num. 28. Carpzov. d. l. def. 18. & 19.**

23. Dominus qui locavit domum vel ædes bona conductoris seu inquilini illata & injecta in ædes conductas (*Bachov. putat hoc ge-*



nus hypothecā potius tacitæ conventionali quam Legali adscriben-
dum d. l. arg. l. 4. de pact. l. 6. in quib. caus. pig. tac.) retinere potest pro pen-
sione debita, interesse, & omni deteriorationis æstimatione ab ipsō
inquilino, culpave eius factal. item 4. de pact. l. Pompon. 2. & seqq. in quib.
caus. pig. tac. l. si. C. eod. l. solutum 11 §. 5. vers. plane de pign. act. l. certis. C. Loc.
adeo ut expulso conductore, illatas res propria auctoritate includere
& detinere possit donec sibi satisfiat. utique 34. de tamen insecti. l. qua-
ro 54 §. 1. Loc. melius tamen facit adhibendo magistratus auctorita-
tem arg. l. non est singulis 176. de R. l. Carpzov. d. l. def. 20. num. 3. & 4. ne
dū conductor forte armis resistit, scandalum oriatur & periculum evi-
tetur Dornsp. d. l. num. 2. si modo eo animo illata ut perpetuo ibi sint l.
in prædis 7. §. 1. in quib. caus. pign. tac. l. debitor. 32 in si. de pign. & hypoth.
quod tamen in locatore prædii rustici non procedit, ibi enim nec ta-
citur pignus in rebus à colono illatis proinde nec retentio l. eo jure 4.
in quib. caus. pign. tac. nisi id specialiter & nominatim convenierit resp;
obligata monstrantur l. si non inducta 5. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.
tac. Gothofr. ad d. l. 5. Coll. Arg. ad tit. in quib. caus. pign. tac. per l. 4. §. 1.
eod. Harpr. ad §. 7. de Allio. num. 3. & seqq. Bachov. tractat. de pignor. &
hypoth. c. 11. n. 4. lib. 11. Carpz. d. l. de 20. Negusant. d. l. 4. m. 2. part. num. 128.
& seqq. Illata vero & invec̄ta à secundo conductore, locatori primo
& domino ædium, non in universam pensionem, sed pro ea saltem
parte, in quam cœnaculum conduxit, tenebuntur d. l. solutum 11. §. 5.
sub fin. de pignor. act. quam hypothecam sola illatio in urbanis prædijs
constituit per all. jurav. Bach. de pign. & hypoth. d. c. 11. n. 6. extenditurque
ut non minus pro deterioratione, licet ab eo, qui à primo conductore
gratuitam habebat habitationem illata & invec̄ta fuerint, domino
ædium obligata sint, per ea quæ Bachov. d. l. ex Negusant. adducit.

24. An vero illata & invec̄ta pro alio etiam debito ex locatio-
nis & conductionis contractu non proveniente retineri possint, va-
riant Dd. affirmativam verioremi puto per l. un. C. etiam ob chirog. pec. ubi
gl. & Dd. Negus. d. l. num. 129. Cost. l. in l. in rebus 15. §. 2. n. 13. Commod.

25. Dominus prædii rustici jure tacitæ hypothecæ fructus tam
naturales quam industriales pro pensione sibi obligatos habet, eosq;
donec sibi satisfiat per modū præcedenti thesi 23, adductum retinere
potest l. in prædis 7. in quib. caus. pig. tac. l. si in lege 24. §. 1. l. si fidejussor 53.
loc. l. 3. C. in quib. caus. Coll. Arg. d. l. 17. 3. 2.

26. Permittitur etiam creditori ad modum legitimum usuras
de fructibus rei oppignoratæ retinere, si de usuris præstandis nihil dæ-
ctum est, ex tacita antichresi, cuius vi si ager vel fundus eiusque usus
creditori conceditur, in hoc ipsi concessus videtur, ut ex fructibus de
usuris

usuris sibi prospiciat l. cum debitor §. & arg. rubric. in quib. caus. pig. 2at. ibique Gothofr. ex Cujac. 8. O. 17. reliquos verò fructus in sortem computare arg. l. si inter 21. §. 2. de pign. l. 2. C. de partu pign. & proinde sorte soluta restituere tenetur, non enim eos lucratur creditur, nisi ob contumaciam debitoris iudex ita decrevisset per ea quæ ex Soc. vol. 3. cons. 2. num. 5. adducit Mollig. d. l. qq. 302. 4. 20.

27. Quasi obligata nobis dicitur res, propter jus in re, quod circa rem illam est & ad quod ipsa res devincta est, Ampl. D. D. Tabor, preceptor & promotor meus honorat. in partitionibus elementar. Iurispr. method. part. 11. ab. 4. quodque in ea prætendimus & habemus, licet verè non obligata; quando enim quantitas debita succedit loco rei quam retineri volumus, tunc res ipsa potest retineri loco quasi pignoris arg. l. 13. §. 8. de Act. Emp. Bald. l. fin. C. commod. Mollig. d. l. q. 199. donec pretium integraliter solutum.

28. Sic venditor rem venditam pro pretio nondum soluto retinere potest l. hereditatis 22. de A. vel hered. vend. l. Iulianus 13 §. offerri §. l. qui pendente 25. l. bona fides 50. de A. Emp. l. quod si 31 §. 8. de Ed. Ed. l. cum fundus 31 §. 1. de R. cred. l. si pater §. C. de A. Emp. quod procedit secundum Bald. d. l. fin. & Costal. ad l. quadam mulier 77. n. 6. de R. V. ut pro uno pretij nummo nondum soluto tota res vendita retineri possit. gloss. & Salicet. ad d. l. 31. §. 8. de Ed. Ed. Gail. 2. O. 17. Grav. 2. concl. 17. n. 6. & venditori non solum exceptio pretij non soluti (quæ exceptio post sententiam contra executionem rectè opponi potest teste Gail. d. l. & Grav. d. l. num. 8.) sed etiam retentio rei venditæ concedenda Bald. in l. si traditio 4. num. 3. C. de A. E. Tusch. concl. pract. tom. 7. lit. R. concl. 306. num. 5. 6. 7. Dornsp. d. l. num. 4. Wesenb. paratit. de A. E. & V. num. 6. qui enim prius intendit agere sive emptor sive venditor, imprudenter petet ab adversario satisfactioem cū non prius sit latisfacere paratus d. l. 13. §. 8. nec hæc exceptio nõ facti implementi, licet in genere statuto sint sublata exceptiones, sublata est, quia oritur ex illo ipso fonte ex quo alter movet actionem, Bachov. ad Wesenb. d. l. Aded. ut etiam venditor uxori emptoris in re vendita præferatur, si scilicet sit in possessione nec res marito tradita Tusch. d. l. Negusant. d. l. 4. m. 5. n. 3.

29. Emptori quoque si propter rem emptam controversiam patitur, pendente lite pretij competit retentio l. pen. in fin. de peric. & com. re i vend. nisi si de iustores idonei pro evictione rei à venditore offerantur d. l. pen. & l. si post 24. C. de evict. vel si ipse venditor ad solutionem pretij ante rei traditionem agat, exceptione doli repelli potest l. ex his prædictis SC. de Evict. l. qui pendente 25. de A. E. Gail. & Grav. d. ll. Richard. ad l. qui rem emit 3. C. de Evict. Dornsp. d. l. n. 4. arg. eorum quæ th. pract. d.

B 2

30. Quod

20. Quod si vi metuve extorta primo venditori venditio, emptori secundo pro pretio recipiēdo datur eius rei retentio *l. si vi vel metu 3. l. si per vim 4. C. de his que vi met. caus.* cui nimirum nihil de vi metuve constat, bonæque fidei possessor est *arg. §. si quis à non domino 35. de R. D.*

31. Negotiorum gestori solventi & sua pecunia liberanti rem absentis debitoris pignoratam donec sibi refundatur pecunia soluta, hoc beneficium retentionis conceditur *per l. 1. ibique Bartol. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Tusch. d. l. conclus. 307. num. 12. Negusant. d. l. 4. m. 5. part. num. 6.*

32. Qui ab hostibus captivum redemit, donec pretium pro redemptione solutum recipiat, aliove modo satisfactum sit, ipsum retinere potest *l. senatus 43. §. fin. de Leg. 1. l. qui testamento 20. §. 1. Qui testam. fac. post. l. si patre 15. de captiv. & postl. rev. l. ab hostib. 2. l. si liberum 11. C. eod. nisi redimens pretium redempto donavit d. l. 2. vel eo nondum recepto semel dimisit l. quod & lex 3. §. 3. de lib. hom. ex. vel laboris obsequio & opere quinquennali vicem beneficij compensavit l. si. C. de postl. rev. ubi Imp. Honor. & Theodol. hanc retentionem propter utilitatem publicam emptoribus concedunt, ne damnum patiantur d. l. fin. Dornsp. d. l. n. 9. speciale hoc esse dicit personam pro pretio retinere & extra hunc casum liberi hominis nec volentis quidem pignus est *Bach. d. tr. lib. 2. c. 12. n. 4. Filios vero quos redempta post redemptionem enixa est ob pretium redemptionis maternæ; pignoris vinculo retinēdos non esse voluerunt Imp. in l. praeses 8. C. d. r.**

33. An vero idem ad eos qui à piratis & latronibus, quorum servi non sunt *l. hostes 24. de capt. & postl. detinentur extendendū, non immeritò controversitur, & licet l. 43. §. fin. de leg. 1. l. 20. §. 1. qui test. fac. de hostibus saltem loquantur per rationem tamen l. si. C. de capt. & postl. rev. etiam ad eos extendit Ripa in l. obligatione 6. n. 17. de pignorib. cum plerunque durius à latronibus tractentur *Molig. d. tr. q. 141.**

34. Creditor licitum est pignus pro alio quam pro quo retinet debito sibi obligatum retinere; etiam iudiciale vel prætorium pignus *gl. in l. un. C. etiam ob chirograph. pec. ibique Bald. quia jus in re vel quasi habet Bartol. in l. si non invecia 5. num. 3. C. in quib. caus. pign. tac. & ad l. si non sortem 26. §. 4. de cond. indeb. quo si destituitur retentio locum non habet idem d. l. & facit quod pignus ob tutelam & securitatem creditoris detur §. fin. quib. mod. re contr. Mollign. quest. 199. Negusant. d. l. num. 2. Eiusque possessio non vitiosa *Bald. d. l. Tusch. v. 7. lit. R, conclus. 307. n. 32.**

æque

neque jura volunt ut alteri iniqua conditio inferatur *l. non debet 74.*
 meliusque est incumbere pignori remq; habere quam actionem *l. 25.*
204. de R. l. §. constat 14. de O. q. ex del. imò melius est retinere quàm agere
l. si is 59. de furt. nec dolo caret debitor repetens possessionem pignoris
antequam solvat arg. l. dolo facit 8. de d. m. & m. exc. l. in condemnatione
173. §. fin. de R. l. d. l. un. C. etiam ob chirograph. dummodo manifestè de
debito constet, liquidumque sit vel brevi probari ac liquidari possit
Consil. Marpurg. v. 4. 19. num. 238. Mologn q. 404. & retentio fiat contra
ipsum debitorem, nam agente alio creditore, qui in eod. pignore prio-
rem præterdit causam, possessor non audiendus erit d. l. un. v. jure con-
tendit. ibiq; Bald. Consal. in l. 18. §. 2. num. 6. 7. 10. 19. Commod. Berliob. p. 2.
concl. 3. 2. num. 16. Carpzov. d. l. def. 25 nisi nominatim convenerit inter
creditorem & debitorem, ut certa quantitate soluta pignus restitua-
tur. arg. l. 11. §. 3. de pign. act. arg. l. expressa 195. de R. l. arg. l. contractus 24.
evd. l. 1. §. 6. de pos. Bachov. d. tr. lib. 3. c. 5. num. 5. & seqq;

35. Idem beneficium magistro navis ad merces conservatas, ut
 propter levandæ navis causâ jactas fiat contributio & detrimentum
 proportione justa communicetur, competit *per l. si laborante nave 2. in*
pr. vers. imò. ibiq; Bartol. ad l. Rhod. de jactu. Consal. d. l. num. 14. Mologn.
d. l. q. 66.

36. Solvens debitum pro redemptione pignoris, habet ejusdem
 retentionem donec sibi satisfactum *arg. l. interdum 11. qui pot. in pign.*
l. 1. ubi gl. C. si al. res pign. l. utere 14. l. si prædium 16. C. de præd. minor. Coler.
de process. executiv. p. 1. c. 2. num. 225. & seqq. Alhusf. d. l. n. 16.

37. Fiduciarius ut & fideicommissarius heres in hereditate re-
 stituendâ & legatis præstandis quartam hereditatis partem ex legibus
 sibi debitam retinere potest *§. sed quia 5. de fideicommiss. heredit. l. in*
quartam 91. l. acceptis 93. ad L. Falc. l. postulante Stricho 44. ad S. C. Trebell.
imò si plus quàm oportebat solutum, ita ut quartam non haberet in-
tegram, etiam jure pandectarum vindicationem per l. lineam 26. l. in
quantitate 73. §. fin. ad L. Falc. non verò primum ex constitutione Justi-
niani in l. pen. C. ad L. Falcid. cum Bachov. ad Wesenb. tit. ad L. Falc. in fin.
heredi competiisse autumo.

38. Propter impensas in rem factas dari possessori ejusdem rei
 retentionem ex subsequentibus patescet, quæ impensæ sub triplici
 habentur differentia: aliæ enim necessariae, aliæ utiles, aliæ voluptua-
 riæ *l. impensa 79. de V. S. l. 1. 14. de impens. in res do. ubi tamen ante omnia*
necessum est ut manifestè appareant Consal. d. l. 18. §. 1. num. 6. commod.



quo casu fatuus dicendus qui rem non dedu-
it impensis restituit *la-
fon in l. 26. §. 4. de Cond. Indeb. Dan. Moller. 1. semst. 30.*

39. Sic marito ob impensas necessarias in dotem factas, quæ ipso jure dotem minuunt, retentio conceditur. *§. item si de dote 37. de action. l. quod dicitur 5. l. 15. de impens. in res dotal. fact. l. servus 30. de Act. Emp. l. si is qui 56. §. 3. de l. dot. l. illud convenire potest 5. §. si. de pact. dotal. l. 21. 23. fol. matr. Costal. ad d. l. 5. num. 6. de impens. in res Boc. clas. 2. disput. de jure dot. th. fin. Vultej ad §. 38. num. 26. de Action. Harpr. ibid. num. 16. Carpzov. d. l. defm. 19. num. 8. 9. 10. quæ loca dicere abrogata per l. un. §. 5. v. sed nec ob impensas C. de R. V. A. rationis non est, cum ea lex ut novella constitutio non potuerit juris nostri conditoribus non hæere in recenti memoria Col. Argent. lib. 25. tit. de impens. in res dotal. thes. 9. non minuuntur autem corpora, sed minuitur universitas dotis & ita ejus petitio, ut proinde necesse sit, quod doti decedit, manere apud maritum, non exceptionis ope sed imminutæ actionis defectu, ut proinde Imp. non appellet retentionem, sed quasi retentionem Coll. Argent. d. l.*

40. Dixi impensas necessarias, nam propter utiles maritus vel mandati vel negotiorum gestorum actionem habet *d. l. un. §. 1. C. de R. V. A. l. 4. §. 11. 15. de impens. in res dot. fac. Harpr. d. l. ob voluptarias vero vel necessarias ad perpetuam rei utilitatem non factas non conceditur retentio sed si separabilia, tollique sine rei detrimento possunt, ablatio permittitur d. l. §. 1. 6. 9. 13. d. 1. l. in fundo alieno 38. de R. V. l. utiles 39. de hered. petit.*

41. Et tunc demum datur marito prædicto casu retentio, si impensæ sint moderatæ, necessariumque modum non excedentes *Gail. 2. O. 12. Dn. Reink. de jure retract. q. 6. num. 434. & multis seqq.*

42. Cessat etiam retentio dotis si maritus pueros ex ancillis dotalibus natos artifices fecerit, vel quicumque pro eorū doctrina solverit, præsertim si per aliquot annos, finitis doctrinæ annis, in ejus dominio permanserunt, tunc enim impensæ eruditionis & doctrinæ pensantur cum fructibus servi operantis *l. ceterum 31. cum l. seq. de R. Vind. l. si id quod 28. §. 1. de donat. inter vir. & uxov. Cujac. 9. O. 38. Gomez. Leonin. decisio. cent. fact. 16. n. 19. & lectionem vulgarem d. l. 32. retineri posse puto.*

43. Hoc ipsum retentionis beneficium etiam mariti heredibus competere dubium non est, cum ipso jure dotis petitio minuatur & ijdem etiam compensationes impensarum habeant *l. rei judicata 15. §. 1. fol. matr. Coll. Argent. d. lib. 25. th. 7.*

44. Commodatarius rem commodatam propter impensas retinere potest, in illis casibus, quibus impensae commodanti sustinentur, perpetuum enim est pro expensis servandis retentionem dari *l. creditoris §. fin. de furt. Costal. d. l. 18. §. 2. com.* Cum enim commodatarius obligetur ad restituendam rem ita aequum est vicissim & contra obligari commodantem in ejus rem impensae factae sint Bachov *in nor. ad W. s. r. de pignor. act. n. 9.* proinde si majores & necessarias impensas fecerit v. c. in valetudinem servi, vel post fugam ejus requirendi & reducendi causa, aut alio modo necessario impenderit *d. l. 18. §. 2. commod. l. si quis rem 20. de A. vel A. post l. si quis rem 59. de furt. jure retentionis uti potest.* Minores vero & modicas impensas & cibariorum & c. ipse commodatarius sustinet *d. l. 18. §. 2. arg. l. omnino. 12. d. impens. in res dotal. Cujac. 2. O. 3.*

45. Depositarius praetextu debiti ipsam rem depositam retinere quidem non potest *l. pen. C. de positi. l. fin. C. de compens. §. in bona fide. iudicis 30. in fin. de actionib.* Vetum si aliquot impensas in eam fecit, depositarius retentione rei, donec earum nomine sibi satisfactum, uti non prohibetur *arg. l. actione 23. de positi. gl. in l. pen. verb. exceptionem C. de positi. ibiq. Bald. l. colonus. 12. ubi gl. de vi & vi arm. l. si quis rem 20. de A. vel A. P. quia ejusmodi impensae deponentis voluntate factae videntur arg. l. si necessarias 8. in pr. & §. fin. de pignor. act. Dornberg. d. l. Reimer. dec. 9. q. 7. illust. 9. Locamer. disput. 14. th. 48. q. 6. de actionib.*

46. Colonus pro expensis & melioramentis in fundo conducto factis, finita conductione fundum retinere potest donec refundantur *l. colonus 12. ubi gl. de vi & vi arm.* ita ut omnibus aliis creditoribus in hoc casu praefertur Tusch *pr. concl. vol. 7. lit. R. conclus. 306. n. 7. per d. l. 12. & l. 20. de A. vel A. P. sive necessariae sive utiles sint impensae quas in culturam agrorum fecit l. dominus horreorum 55. §. 1. locat. Sebast. Med. tr. de compensat. p. 2. q. 16. num. 7.* quod procedit & tunc si forte propter non solutam pensionem a domino expellatur, quia datur ob id quod in agro bene versatus sit, eumque sua cultura & diligentia meliorem reddiderit. Menoch. *de remed. recuper. post. 45. n. 551. Carpzov. d. l. definit. 21. n. 1. 2. 3.*

47. Usufructuarius cum habeat usumfructum rei modicam refectionem agnoscit, quod vero ultra quam impendi debeat erogatum illud solemniter reposcere potest *l. eum ad quem 7. C. de usufr. & habet l. usufructu 7. §. 2. ff. eod. multo itaque magis retentionem habet *arg. l. 1. §. 4. de superficies. l. Paulus 14. d. d. m. & m. exc. l. in vitis 156. §. 1. de R. L.**

De R. l. ob novum vero ædificium sine licentia proprietarij inceptum vel finitum retentioni locus non erit *arg. d. l. 7. §. fin. l. 8. l. 4. 4. de V. i. f. f. Sic & eo casu quo propter usumfructum litigare coactus fuerit, litis impensas, nisi refundantur, finitum usufructu per retentionem recuperabit per ea que allegat Med. d. r. q. 16. num. 3. gloss. in auth. nunc si heres C. de litigios. Garzia d. r. de expens. & melioration. cap. 11. n. 10. ubi tamen distinctionem adhibendam esse putat.*

48. Emphyteuta propter expensas & melioramenta, finita emphyteusi, rei emphyteuticæ retentionem habet *arg. l. fin. C. de l. Emphyt. c. potuit. de loc. & cond. l. colonus 61. loc. nisi istæ impensæ ex natura contractus emphyteuticæ incumbant, quo casu retentio cessat l. in emphyteuticarius 2. ubi Iason. C. d. r. vel si ipse emphyteuta ob culpam de emphyteusi ceciderit ita ut elidi exceptione possint. Medic. d. l. n. 6. arg. d. l. 2. auth. qui rem. C. de SS. Eccles. Forster. de succession. lib. 3. c. 20. n. fin.*

49. Heres vasalli extraneus, si propter defectum filij masculi feudum quod vasallus vel ædificio vel servitute vel alio modo sua pecunia melioravit, domino aperitur, feudi habet retentionem, donec de impensis ipsi satisfactum 2. F. 28. §. si vasall. ubi Bald. Forst. d. l. Carpz. d. l. part. 3. const. 32. de fin. 14. quod procedit non solum contra ipsum dominum, sed etiam contra tertium cui dominus feudum sibi apertum vendidit vel alio titulo concessit *arg. l. qui injuria 53. §. fin. de furt. Schrad. per multos ab ipso alleg. r. de feud. 2. part. 9. pr. sect. 2. num. 52. 53.*

50. Quod in colono antea observari diximus, idem in inquilino observari certum, ita ut propter impensas in re conducta factas & nondum refusas rem ipsam retineri possit *arg. d. l. colonus 12. de v. l. & vi arm. text. in l. non ab re. 10. ubi Bald. C. inde vi.*

51. Stabularius vel mariscalcus equum pro alimentis & pabulo præstitis retineri potest *per l. in rebus 18. §. 2. Commod. l. eo jure 4. in quib. caus. pig. r. ac. Iason. in l. 26. §. 4. de cond. indeb. Bald. in l. fin. C. commod. Dan. Moller. 1. semest. c. 30. Althusf. d. l. num. 16. Dornsp. d. l. num. 8.*

52. Eodem modo caupo vel dominus hospitij pro pretio unius aut alterius prandij vel cœnæ viatori exhibitæ, vel si quid in eius infirmitatem impenderit viatoris suppellectilem retinere potest *arg. d. l. 4. d. l. 18. Bald. in l. in restituenda 4. num. 1. C. de heredit. ar. pet. Carpzov. d. l. desinit. 22. num. 5. Althusf. d. l.*

53. Dominus agri repertiens in eo animal, pro alimentis factis illud donec dominus appareat, contra quem propter damnum agere possit, retinere potest *arg. l. quamvis 39. in pr. ad. l. Aquil. arg. l. 33. in fin. de cond.*

de cond. in deb. l. 14. de dol. m. & m. exc. cum impensæ in utilitatem rei, et
 ius possessionem bona fide nactus, converfæ l. 9. §. 1. de A. R. D. Coraf. ad
 l. 1. de fervit. n. 140. Peck de iure fiff. cap. 2. n. 2. & 6. 4. n. 24. nisi statutum
 effet quo etiam pro damno ipfo animalis retentio concedatur arg. l.
 Grachus 4. C. de adulter. l. un. C. de thefaur. lib. 10. Harprec. ad pr. tit. de fervit.
 pred. n. 96. 97. & ad pr. tit. fi quadrupes paup. num. 10.

54. Impensas in funus fcholaris faciens eius libros donec ab
 eius heredibus impensæ refusæ, retinere potest Bald. in l. un. C. etiam ob
 chir. graph. pec. & in l. 4. C. de hered. petit. Alex. in nor. ad Bartol. in l. 26. §. 4.
 de cond. in deb. Med. d. l. num. 4. Dan. Moll. i. femest. 30. num. 2.

55. Commentariensis seu custos carceris publici incarcerationum
 non attentata vel examinata incarcerationis causa, donec pro alimentis
 satisfecerit retinere, eiusque relaxationem impedire potest arg. l. 2.
 de pign. act. l. necare 4. de agnosc. & alend. lib. l. 79 de V. S. quod etiam con-
 fuerudo omnium locorum observat teste Clar. recep. senten. q. 62. n. fin. §.
 fin. Peck d. l. c. 50. n. 10.

56. Quilibet bonæ fidei possessor non solum ob necessarias, sed
 etiam utiles impensas retentione rei uti potest l. fin. autem 27. §. fin. l. seq.
 de R. V. l. si quis 11. C. eod. l. si vir 10. l. 14. de d. m. & m. exc. l. 37. l. 38. de hered. pe-
 tit. Med. d. l. n. 9. Garf. d. l. c. 1. num. 16. temperamentum tamen distinc-
 tionis beneficio adhibendum videtur ex d. l. 38.

57. Bonæ fidei hereditatis possessori qui indefuncti infirmita-
 tem vel sepulturam impensas fecit l. in restituenda 4. ibique Bald. C. de
 hered. petit. vel monumentum defuncto erexit l. hereditas 50. §. 1. eod. vel
 creditoribus hereditariis l. heredit. 5. C. eod. l. si quid 31. l. si pena 19. §. 1. eod. vel
 legatum solvit l. quod si possess. r. 17. eod. vel in filij honorem erogavit l. fin.
 d. r. imò propter utiles & voluptarias huic datur retentio d. l. 38. 39. §. 1.
 de heredit. pec.

58. Malæ fidei possessori hereditatis tunc datur retentio si quid
 hereditariis creditoribus solverit d. l. 37. vel suis impensis hereditatem
 meliorem fecerit, cautionemque præstiterit de defendendo hereditatis
 petitoribus d. l. 31. in pr. l. 38. d. r. & l. 29. 38. de R. V. propter voluptarias vero
 impensas hoc beneficium non habet, sed eas si sine rei damno tollere
 possit, tollat d. l. 39. §. 1. Bocer. clas. 5. disp. de impens. rh. 26.

59. Possessor rei singularis sive bona sive mala fide possideat,
 propter necessarias impensas utitur retentione l. domum 5. C. de R. V. §.
 ex diverso 30. de R. D. l. in hoc iudicium 14. §. 1. commod. multa enim per re-
 tentionem possidentes consequimur, quæ non consequeremur per
 actionem

actionem l. si rem 29. §. 1. de evict. l. 19. §. 2. de hered. petir. l. 33. in fin. de cond. in deb. Peck. d. l. c. 50. num. 1. nisi expensæ sint excessivæ *Gail. 2. O. 12. in fin. Med. d. l. num. 9. Reink. d. l. q. 6. num. 434. & seqq.* quia tunc in fraudem domini factæ videntur *Gail. d. l.* Malæ etiam fidei possessor utiles impensas si commode & sine rei læsione ac interitu tollere possit, tollit, *d. l. 5. l. 7. §. 12. de A. R. D. §. 30. d. R. D. ut & voluptuarias, nisi fur sit cui nulla ob impensas datur retentio l. 1. ubi gl. C. de infantib. expos. arg. l. 11. 12. 14 §. 3. de furt.*

60. Emptori ut re empta evicta indemnis servetur propter impensas datur retentio *l. idg. 45. §. 1. de A. Emp. l. si controversia 9. l. 16. l. 27. C. de Evict.*

61. Negotiorum gestor propter id quod negotium alterius gerendo impendit, cum etiam idem compensare possit *l. au. prator 3. §. 4. l. si autem 8. §. 2. de negot. gest. Wesenbet. paratit. eod. num. 11.* utitur beneficio retentionis *l. debitor 13. de negot. gest. l. ex parte 39. fam. hercisco. Specul. in tit. d. Act. num. 56. Albus. d. l. n. 16.*

62. Tutor redditus finita tutela rationibus §. fin. de Attit. tut. l. 1. in pr. & §. 1. 4. 9 §. fin. l. 10. 13. 18. in fin. de tut. & rat. dsirah. l. 9. l. 11. C. arbit. tut. si verè appareat ipsum de suo, ut decet quid impendisse, retentionem in bonis pupilli donec sibi satisfiat, habet *l. 1. §. 4. de contr. tut. & util. act. l. son in l. 26. §. 4. d. cond. in deb.*

63. Fructuarius heres iustus ex fideicommissio hereditatem retinet, eam si quas impensas in illam fecerit retinere potest §. sed quia 5. de fideicom. hereditat. l. qui exceptionem 40. §. 1. de condit. in deb. l. domus 58. & l. 59. l. 60. de leg. 1. Med. d. l. q. 16. n. 1. 2.

64. Idem in herede fideicommissario valere puto *arg. l. postulantre Sticho 44. ad SC. Trebell. Bald. in l. fin. §. 9. num. 3. C. de l. deliber. Medic. d. l.*

65. Donatio cui à donatore res aliena donata est si quos sumptus in istam rem fecit, competit retentio *l. sumptus 48. l. 27. §. fin. de R. V. arg. l. Paulus 14. de d. m. & m. exc.*

66. Mandatarius si quid de suo in utilitatem ejus à quo mandatum suscepit, impenderit, retentione uti potest *arg. l. idemq. 10. §. 9. l. inter causas 26. §. fin. l. 15. mandat. arg. l. 1. §. 4. de superficie.*

67. Procurator qui fecit impensas litis, eam donec sibi satisfactum retinet *l. omnia 25. in fin. cum l. seq. l. qui proprio 46. §. 6. d. procur. l. son in l. 26. §. 4. de cond. in deb. Med. d. l. n. 13. Garf. d. l. c. 1. n. 16.*

68. Missus in possessionem ob damnum infectum, pro eo quod in sitam rem impenderit habebit retentionem l. cum postulasset 44. §. 1. l. 15 §. 31. de damn. infect.

69. Creditor ob necessarias in pignus impensas ejus retentionem habet l. si necessarius 8. in pr. & §. fin de pignor. act. l. impense 79. de V. S. Negusant. d. l. 4. m. 5. part. n. 7. Salic. in l. in summa 6. C. de Pignor. act.

70. Idem observandum puto in secundo creditore ut eidem competat retentio si quid necessario impenderit l. interdum §. l. 6. qui potior in pig. Alexand. in notis ad Bartol. in d. l. 26. §. 4. de cond. in deb. ubi addit quod licet hic posterior sit, præferatur tamen priori jus in pignore habenti per all. jur. a. adde Mologn. d. l. q. 139.

71. Cohæres rem familiæ heriscundæ judicio cohæredi adjudicatan propter impensas nondum refusas retinere potest arg. l. bis consequenter 18. §. 3. & 4. l. 19. l. 22. §. 1. & 4. fam. hercis. §. 3. de Obl. quæ ex q. tractu.

72. Clerici ab intestato defuncti heredem pro expensis & mefforationibus quas clericus de patrimonio suo in beneficium fecit donec sibi restituantur, illud retinere posse docet Abbas in cap. 28. n. 12. de præbend. & dign. arg. c. quicumq. 2. caus. 12. q. 4. si modo non sua contemplatione sed Ecclesiæ expendit, Medic. d. l. part. 1. quæst. 16. Molognat. d. l. q. 76.

73. Hoc jus retentionis propter impensas habentes possunt illud cedere, vendere & in singularem etiam possessorem transferre l. in hoc judicium 14. §. vers. sed is. com. divid. ubi Gothofr. ex Zasio Negusant. d. tr. 4. membr. 5. part. n. 23. Berlich. d. concl. 32. num. 11. & seqq. Carpzov. d. l. def. 16. num. 4.

74. Æstimatio autem impensarum non ex illo tempore quo factæ & impensæ sunt, sed secundum tempus restitutionis rei faciendæ in quantum scilicet res meliorata Bartol. ad l. domus 58. de leg. 1. Med. d. l. num. 12.

75. Competit autem retentionis beneficium non solum ut hætenus vidimus propter impensas in rem factas, sed etiam ob debitum reitius quam retinere volumus, occasione & nomine in eiusque utilitate contractum Bald. in d. l. fin. C. commod. Tartol. ad d. l. 26. §. 4. de cond. in deb. Gaill. 2. O. 12. num. 5. Negusant. d. l. 4. membr. 5. part. num. 7. Grav. obs. pract. 2. O. 12. confid. 2. n. 2.

76. Sic scriptor describens aliquot quinternos ipsam scripturam (non vero exemplar traditum) donec merces pro labore soluta, retinere potest Bartol. & Bald. d. ll. arg. l. quæ ratione 9. §. 1. de A. R. D. Dornsparg. d. l.

cond. in fin. idem es im. collit. i nul. 11. 12. et im. l. 27. us ge. 3. §. 4. benefi. specul. ut. l. 1. C. ar. reten. tr. tut. em re. d. quia. domus. postu. deliber. s sum. 2. de R. man. 10. §. 9. i satis. procur. 3. Mil.



77. Sartor vestem pro pretio solvi solito, tabellarius, auriga, vectores, portantes fardellos, vel alias res pro gabellis ab ipsis solutis & labore, res ipsas, donec ipsis satisfactum retinere possunt, quia suis expensis & opera salvas conservaverunt istas res *l. huius §. §. fin. l. 7. qui potior in pign. nec cogendi ante satisfactionem eas reddere Bald. d. l. si. C. commod. Gail. 2. O. 12. Med. d. l. q. 16. num. 4. Idem de reliquis artes manuaris exercentibus dicendum Althuf. d. l. n. 10. Carpzov. d. l. de fin. 21. n. 5. Dornsp. d. l. num. 5.*

78. Advocatos, procuratores, notarios acta & instrumenta causa, donec pro expensis, in ultria & labore satisfiat retinere posse verius puto, *arg. l. 25 §. fin. l. 26. l. 46 §. 6. de procurat. l. sumptus 53. de pact. l. si quis rem 20. de A. vel A. poss. l. 12. de vi & vi arm. l. 14. §. 1. com. div. æquiparantur enim operæ in re impensis in eam factis laborque operantis justam retinendi causam habet. Hancque sententiam sequitur Gail. 2. O. 12. num. 5. Hartman. obs. pract. tit. 37. O. 6. Wurms. tit. 28. O. 2. Speculat. r. de Act. num. 56. Gars. d. tr. c. 1. num. 16. d. l. Dornsp. d. l. n. 6. Carpzov. d. l. 1. def. 23. ubi tamen hoc fallere dicit in actis publicis, quæ exhiberi magistratus aut Reipubl. interest huius enim utilitas privatæ præferenda *arg. l. 51 §. fin. ad L. Aquil. aurb. res qua C. comm. de legat.**

79. Famuli, ministri, ancilla mercedem petentes qui ut abeant & excedant domo domini priusquam ipsis de mercede satisfactum, compelli non possunt, sed jus retentionis exercere videntur, in domo domini habitationem retinentes, donec mercedem consequantur, operæ enim impensis comparatur, quod de Jure Saxo: minus dubium habet. Carpzov. d. l.

80. Multa sunt etiam possessionis commoda de quibus in §. retinenda 4. de Interdict. agitur, melior enim in pari causa conditio possidentis *l. 126. §. fin. 128. de R. l. c. in pari 65. eod. in 6. l. 8. in fin. de cond. ob. iurp. meliusque possidere quam à possidente petere. l. u qui destinavit 24. de R. V. l. 2. C. de probat. inter quæ non minimum quod ob eam scilicet, non vitiosam jura retentionem concedant *l. cum vitiose 25. de pign. 29. §. 1. de Eviction. Ad hanc retentionis causam referenda est regula quam JC Pomponius in l. ex quibus 51. de cond. ind. Ex quibus causis, in quibus retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea si solverimus, repetere non possumus: ubi verbum solverimus, Cujac explicat restituerimus sine deductione eius quod nobis ab ipso petitore debebatur *O. lib. 18. per l. inter socerum 26. §. 1. de Pact. dotal. ob quæ nulla de jure prodita est actio arg. l. si in acrea 33. de cond. ind. b. l. 14.***

l. 14. de dol. m. & m. except. ubi tamen ipso jure & non solum ex f. deo datur retentio, per errorem solutu condici posse ex aequitate verius est l. quod dicitur s. § pen. de impens. in res dot. l. servus 30. de A. Emp Gothfr. ad d. l. 51. Vultej. ad § sequens divisio 16 num. 44. de action. quaedam addimus exempla.

81. Exemplum est in l. si non fortem 26. § 4. in fin. de cond. indeb. ubi debitor fundum majoris pretij ex falsa debiti quantitate in solutum dedit; Bartol. dicit quod quidem tota ista solutio vicietur, retentioni tamen locus superfit vide eund. & Bald. ad d. l. fin. C. commo gl. ad l. un. C. etiam ob iurograph. pec.

82. Tutori res vel animalia pupilli justè & legitime divendita & distracta, emptore pretium non solvente, retinere, pretiumque pupilli rationibus inferre licitum est l. tutor rerum 56. de administ. & periclit. quia non est nova emptio; sed antiquæ emptionis in personam tutoris translatio Bart. ad d. l. 56. M. lign. d. l. q. 209.

83. Hæres legatis vel fideicommissio gravatus sibi à testatore debitum ex hæreditate retinere, & reliquum fideicommissatio vel legataris restituere potest l. in imponenda 67. 8. 14. C. ad L. Falcid. l. eum qui 21. §. fin. d. inoff. testam. l. Stichum 9. §. 2. de solut. nec confusio actionum per aditionem hereditatis facta heredi in beditamento est, quo minus suum debitum retinere possit, aditionem in ista hereditatis non tollit effectum retinendi, per ea quæ adducit M. lign. d. l. q. 179. arg. l. pater filiam 14. ad L. Falcid. l. 59. ibiq. D. ad SC. Trebell. licet tollat effectum agendi, nisi testator expresse dixerit, se ipsum hæredem propterea instituisse ne deduceret debitum, sed ut illud compensaret l. cum pater 77. §. 31. in fin. de leg. 2. arg. auth. sed cum testator C. ad L. Falcid. l. si debitor 115. §. 3. & 4. ff. eod. Althus. d. l. 2. c. 17.

84. Heres proprietarius bona hereditaria cujus ususfructus alteri relictus donec ab usufructuario justè caveatur, retinere potest l. si cuius 13. de usufructu. l. 8. § 4. qui satisd. cog. non enim ante præstitam cautionem uti frui potest arg. l. universi 4. C. de precib. imperat. off. & si perat, repellendus est Bald. in d. l. 13. de usufruct. Mysing. 4. O. 48. quia cautio hæc videtur de substantia ususfructus Gail. 2. O. 46. n. 2. Grav. 2. concl. 46. num. 2. eamque testator prohibere non potest l. 1. l. 4. C. de usufruct. & hab. l. scire 7. C. ut in possess. legator. l. si pecunie ff. eod. heredem tamen eam remittere posse probat Gail. 2. O. 145. Grav. 2. conclus. 45. confid. 1.

C. 3. S. Maritus



85. Maritus rem æstimatam dotis nomine acceptam pretium offerendo, nisi de ea soluto matrimonio restituenda convenit, retinere potest. *l. quous 3. C. de iure dot. arg. l. plerumq. 10. in fin. ff. eod. Costal. ad l. quod dicitur 5. n. 5. de impens. in res dotal.* Non potest tamen maritus fundum dotalem soluto matrimonio propter fructus nondum perceptos, quorum pars ad ipsum pertinet, nisi tempus recolligendorum fructuum in proximo sit, retinere, *arg. l. si is à quo 3. ut in poss. leg. ut. ear. l. hac edicti. ali. 6. §. 1. vers. mobilium. C. de secund. nupt. l. 7. §. 15. solut. mar.* Nec thesaurum in fundo dotali inventum, nisi pro dimidio suum facere *l. fructus 7. §. 12. sol. matr. arg. l. un. C. de thesaur. lib. 10.*

86. Si minori feudum datum, fidelitatem propter minorennitatem facere non cogitur, donec pervenerit in majorem ætatem, in qua doli capax sit, feudum tamen retinet *2. Feud. 26. §. si minori.* & licet servitium per alium facere possit, fidelitatem tamen ipse præstare tenetur *d. l. §. 5. intelligitur autem hic minor 14. annis. 2. §. 55. in fin. pr.*

87. Pater, dominusve ex peculio filiiam aut servi deducere & retinere potest, quod sibi, illisque quos in potestate habet, debetur. *sed si damnum 9. §. 2. 3. 4. 6. 8. de peculio.*

88. Inventor burse vel rei alicujus pretiosæ, diligenti inquisitione, libello ptoposito vel alio modo facta *juxta l. falsus creditor 43. §. 4. cum seqq. de furt.* ignorans cujus ea sit, dum nemo est qui avocet, suum que esse inventum probet *arg. l. 2. C. de probat. l. 4. C. de Edno. §. retinende 2. de interditi. justè possidere & sibi retinere potest arg. l. 1. in fin. l. 2. Vti possidet. Harprecht. ad §. alia sane causa 48. numer. 8. & seqq. de R. D.*

89. Dominus fundi an ligna, trabes & alia vi fluminis in ejus agrum deata & impulsa possit retinere variæ sunt Dd. opiniones: ad hoc tamen, ut dominus caveat de damno præterito & futuro, retentionem ipsi denegandam non esse puto. *Celsus 5. §. 4. ad exhibend. l. raris vi fluminis 8. de incend. rui. nauf. l. hoc amplius 9. §. 2. & 3. de dam. in fei. de præterito quidem cavetur, si illud liquidum non est, si enim liquidum esset jus retentionis domino agri competeret *arg. l. 1. §. 11. vers. sed cum possint. de collat. gl. ad d. l. 5. §. 4. ad exhibend.**

90. Justus ac legitimus possessor proculdubio potest deducere quod sibi debetur *l. si quid possessor 31. §. 2. de heredit. petit.* injustus vero ut prædo licet naturale sit debitum, non deducit, nisi petitori vel ob pœnam vel aliam forte causam expediat *d. l. 31. §. 1.*

91. Forenses, quibus in ista provincia vel civitate propter statutum & consuetudinem emere interdictum, si non ignorantes vigorem, statuti emant, statutumque expressè velit, quod ejusmodi emptores pretium perdant, rem emptam retinere non possunt: si vero ignorantes emerint, rem ipsam donec pretium reddatur retinere possunt arg. l. 26 §. 2. de cond. indeb. Est enim retinendi jus favorabile arg. l. 4. C. de vsur. & facilius aliquid conservatur & retinetur, quam de novo acquiritur l. patre fario §. de his qui sunt sui vel al. jur. vid. Mologn. & alios ab ipso allegatos d. l. q. 28. & 29.

92. Filius bona patris pro dote materna, donec illa sibi solvatur retinere potest quia jus tacitæ hypothecæ, quod mulier pro dote in bonis mariti habet, transmittit etiam in filium l. 13. §. 3. de fund. dot. l. 1. C. de privil. dot. Nov. 91. in pr. & c. 1.

93. An verò filius dotis maternæ retentionem pro administratione tutelæ habeat, si mater ad secunda vota, antequam rationes suæ administrationis reddiderit, transeat, quæstionis difficilis, & magni momenti est! Affirmativè tamen ad illam rectius responderi putamus; quia pupilli tacitam hypothecam in tutoris sui bonis jure constitutam habent l. pro officio 20. C. de administr. tutor. deinde mater tutrix, non solum secundis nuptiis olim puratò d. l. 2. l. fin. C. qn. mul. tut. off. fungi. Nov. 22. cap. 40. (quod tamen quoad præstationem juramenti correctum per auth. sacramentum C. d. r.) sed etiam omnibus juris beneficiis cogitur renunciare, & sic etiam §. taceat 5. l. un. C. de R. V. A. omnemque suam substantiam expressè supponit d. l. fin. quæ substantia nihil aliud est quam dos arg. l. 3. §. 5. in fin. de minor. l. asidius 12. in fin. C. qui potior. in pign. imò & vitrici bona tacitè pro administratione tutelæ uxoris suæ prioris matrimonij liberis obligata sunt d. l. 2. C. quar. mul. tut. off. l. pen. C. in quib. cau. tac. ubi vid. temperamentum tamen pro ratione matris, præsertim si sufficientem præstet cautionem & ex aliis circumstantiis adhibendum censet, per ea quæ adducit de hac quæstione Mologn. d. tr. 431.

94. Ex injusta causa si vincat possessor, propter autoritatem rerum judicatarum, competit ipsi retentio l. servo invito 65. §. 2. ad SC. Trebell. l. si superatus 3. §. fin. de pignor.

95. Ex inutili contractu secutà tamen traditio propter reciprocã præstationem possessori meritò datur jus retentionis Bald. in l. usere 14. C. de præd. minor. arg. l. traditionibus 40. C. de Pact. §. per traditionem 40. de R. D.

96. Pol.

ium
reti-
stäl-
ritus
per-
ndo-
egat.
mat.
uum

nni-
n, in
licet
re te-
pr.
ere &
turtl.

quifi-
4. §.
ocet,
na §.
l. 1. in
seqq.

n ejus
es: ad
reten-
d. l. ra-
infel.
liqui-
ers. sed

ducere
s vero
vel ob

r. Fo.

96. Possessor jurans rem petitoris non esse, ob juramentum præstitum retentione rei utetur l. & non tantum 19 §. 2. de heredit. pet. Cujac. lib. 18. O. cap. 10. licet possessoris fortassis non sit, quia ad alium multis modis pertinere potest quod meum vel tuum non est l. fin. C. unde vi. in pari autem causa melior conditio possidentis & c. §. retinendi de 4. de Interdict.

97. Aliquando pactum debito adjectum retentioni causam præbet, ea enim quæ creditori & debitori mutuo consensu placuerunt custodienda l. 1. de Pact. proinde si debitor & dominus rei creditori suo rei retinendæ potestatem, donec sibi satisfactum, concesserit, licet ex tali pacto de jure civili nulla detur actio l. 7. §. 4. ff. & l. legem 20 C. de Pact. retinendi tamen causam præbet arg. l. 1. §. 17. ad L. Falcid. l. si rem 29. §. 1. de Eviction. Negusant. d. l. 4. membr. 5. part. num. 7. Althus. d. l. num. 24.

98. Non valet tamen pactum de parte dotis prætextu liberorum, contra mulierem dotem repetentem retinenda l. quamvis 3. C. de pact. convent. Sic nec pactum creditoris de retinendo pignore sub lege commissaria pro debito intra certum & statutum tempus non soluto l. fin. C. de pact. pign. nisi sit actum ut pro iusto pretio retineat.

99. De pacto propria auctoritate rem debitoris occupandi vide Covar. lib. 3. var. resol. c. 2. Menoch. de adipisci. poss. remedio 5. q. 9. 11. 13. De pacto oblati de veniendo & non recedendo ex certo loco priusquam solutio debiti facta fuerit Gail. 2. O. 45. & de P. P. lib. 2. cap. 2. num. 56. Scharf. ad l. ob res alienum 12. C. O. A quod tamen cum multa publica inde orta & subsequuta scandala imperij constitutione politica de an. 1777. sub titul. 17. §. wie wol auch & c. abolitum Gail. d. l. Graven. ibid. De pactis operarum & servitorum præstandorum loco solutionis; de pactis arresti & sequestrationis vide latè Coler. de process. execut. p. 1. c. 6. & seq. quæ tamen propter multa inde subsequuta inconveniètia cum plerunq; innocentes illis premantur moribus Germanorum & consuetudine imperij passim in desuetudinem abiisse testatur Gail. de pignor. c. 2. & de arrest. imp. cap. 9. num. 13. & seq.

100. Ut autem retentioni locus sit duo imprimis necessariò requiruntur. I. ut possessio rei retinendæ apud retinentem sit sine vitio l. cum vitiose 25. de pign. l. 1. §. 1. quod legator. Bald. in d. l. fin. C. commod. Borrol. ad l. 26 §. 4. de cond. indeb. & l. 5. C. in quib. caus. pign. Gail. 2. O. 12. Consil. Marpurg. vol. 4. consil. 35. num. 86. Bach. de rr. de pign. & hypoth. lib. 3. cap. 6. l. 1. ut debitum sit liquidum & certum l. fin. C. commod. l. fin. C. de compeu.

compensat. vel brevi liquidari ac probari possit, minimum enim tem-
 pus prator non curat l. si quis affirmavit 9. §. fin. cum ll. seqq. Mologn. d. l. q.
 404. conf. Marpurg. vol. 4. conf. 19. n. 238. quia retentio est quædam compen-
 satio indirecta quæ ob debitum illiquidum non admittitur d. l. fin.
 C. de compens. Costal. d. 18. §. 2. num. 8. & 9. Negusan. d. l. 1. memb. 5. part. nu.
 37. Berlich. d. l. num. 15. & 16. Medic. d. l. q. 16. in fin. ubi enim compensatio
 admittitur ibidem etiam retentioni locus erit, in quibusdam vero ca-
 sibus ubi illa cessat & hæc cessat. arg. l. ob negotium 20. de compensat. l. 3.
 C. eod. econtra in multis casibus admittitur retento ubi tamen com-
 pensationi locus non relinquatur per l. necessarias 8. §. 1. de pign. act. plu-
 ra enim retinere possumus, quam compensare vel petere Consil. Marp-
 vol. 4. consil. 29. num. 108. & 118. exclusaque compensatione non statim
 exclusæ censetur retentio Gratian. disc. for. tom. 2. c. 356. n. 27. & seqq. quia
 retentione magis favetur quàm compensationi Nov 139. ibique Gott. ofred.
 Differunt tamen Compensatio & Retentio, quod illa admittatur in
 quantitatibus vel genere tantum l. si convenerit 18. de pign. act. Tyndar.
 de compensat. art. 5. n. 45. Wesenb. parat. de compensat. n. 6. hæc verd etiam
 in speciebus, vel in speciebus pro quantitate sive genere arg. l. in area
 33. l. 26. §. 4. de condit. indeb. Unum tamen non raro pro alio accipitur
 ut in l. in restituenda 4. C. de hered. petit. gloss. in l. grege 13. §. 2. vers. pignus.
 verb. pensaturum. de pignoris.

101. Adfinia Retentioni sunt, pignoratitio personæ vel rei ipsius
 debitoris ab ipso creditore sui juris defendendi & conservandi causa
 facta jure consuetudinario recepta teste Gail. tr. de pignorationib. obs. 1.
 ubi inter quas personas locum habeat, ejusq; requisita & processum
 describit. Petr. Frider. d. mandat. lib. 1. c. 34. Repressalia de quibus v. Gail.
 d. l. Menoch. de arbit. jud. qq. cas. 527. num. 3. & seqq. Tholosan. Syntag. juris
 civil. lib. 38. cap. 8. Frid. d. l. c. 28. Sichard. ad auth. sed omnino num. 2 & 3. C.
 ne reor pro marito. quarum finis est solutio. Sich. d. l. quæ an jure defen-
 di queant, quis eas concedere possit, contra quos & quæ sint juxta re-
 pressaliarum causæ v. apud Arum. Quir. Cubach. tom. 4. disc. 25. & seq. eas
 apud Germanos olim non fuisse illicitas patet ex auth. habita. C. ne fi-
 lius pro patre. juxta abrogatas disputat Hun. ad Treut. v. 2. d. 1. q. 31. non
 facile tamen, cum tertius innocens illis prematur sunt concedendæ.
 c. 1. de injuriis & damno dato v. Besold. tr. de Majest. fol. 170. v. Gail. tr. de pi-
 gnerat. & tr. de arrest. imper. Bachov. tr. de pign. lib. 2. c. 12. putat certis
 causis concurrentibus eas illicitas non esse v. eund. d. l. item Actiones
 quæ dantur propter impensas intuitu alterius factas, ut actio nego-
 ciorum gestorum contraria l. si quis 5. de O. & A. §. 1. de O. quæ ex q. contr.

D l. 2. 45.



.2.45. de negot. gest. Contraria tutelæ §. tutores 2. de O. qua exq. contr. d.l. §. 1. de O. & A. Pignoratitia contraria l. 8. 27. de pignor. act. Contraria commodati l. 18. §. 2. & §. fin. l. 22. commod. Contraria mandati l. 10. §. 9. l. 26. §. fin. l. 27. §. pen. mand. Contraria depositi l. 5. l. 23. l. 12. de pos. iudicium communi dividundo l. 14. §. 1. com. divid. familiae hereditundæ l. 39. fam. heredit. Conditio incerti si in solutione impensæ non fuerint deductæ l. 4. §. 1. d. cond. indeb.

102. Possim quidem hic latiore & diffusiore de hac amplissima materia instituire tractationem, & plura exempla ejus cause efficientis, materiæ & affinium adducere quia vero ex prædictis facile videri potest, quibus in rebus remedium hoc procedat vel non, ut & quibus & contra quos concedatur, proinde instituti mei memor, temporis que causa, aliis omiſſis, breviter, quæ ratione formæ & finis adhuc dicenda sunt, adducam.

103. Competit autem retentio ratione formæ vel ipso jure, vel ope exceptionis. *Vultej. ad §. sequens divisio 16. num. 44. de actionib. Cujat. 2. O. 8. illa ipso jure minuit actionem §. item si de dote 38. de action. l. serpos 30. de A. E. & proinde eam qui habet, si quid non deducto quod sibi à petitore vicissim debeatur, solvit, conditionem incerti instituire potest l. si in area 33. l. ex quibus 51. de cond. indeb. l. quod si nulla 60. de leg. 1. Quæ vero ope exceptionis opponenda venit perpetua est arg. l. pure 5. in fin. de dol. m. & m. exc. l. qui in alterius 42. in fin. de R. I. peremptoria arg. §. perpetua 9. de exception. l. exceptiones 3 ff. eod. Rei cohares l. 7. §. 1. d. t.*

104. An vero hæc exceptio in generali renunciatione, qua quis omnibus exceptionibus & beneficiis juris renunciavit veniat & comprehendatur variant Dd. Negantium sententiæ meum adicio calculum, retentio enim propriè non est exceptio, quia actionem non elidit, eamque opponens non excipit, sed pignori incumbit & differt saltem terminum restitutionis *Bald. in l. si traditio 4. num. 6. C. de A. E. & in l. peremptorias 2. n. 12 C. sentent. rescind. non poss. Fran. Milanens. lib. 2. decis. 1. n. 181. Gratian. discept. for. rom. 2. c. 35 6. n. 30.*

105. Eamque non solum ante, sed etiam post sententiam in ipsa executione opponi posse verius est, arg. l. ex diverso 17. §. fin. sol. matr. l. qui id 33. de donat. l. Nefennias 41 §. fin. de rejud. *Sichard. ad l. in restituenda 4. C. de petit. hered. cum non impugnet directè nec labefactet sententiam, sed potius ejus respiciat executionem, quam saltem suspendit ac limitat, donec possessori ad restitutionem condemnato à petitore vicissim satisfactum fuerit arg. d. l. & l. 1. ibiq. Dd. C. de l. & Fignor. l. si fidejussores 41 §. 1. de fidejuss. Zanger. de exception. par. 3. c. 26. n. 96. Garf. de expens.*

expens. & meliorat. c. 6. num. 14. & seqq. Trentacinq. d. l. Milan. d. l. num. 108. & seqq. Medic. d. l. q. 10. n. 10. nec nisi per solutionem ejus quod debetur tollitur *Consl. Marpurg. vol. 4. consil. 19. n. 28. & seqq. Gail. 2. O. 17. n. 8. & 9.*

106. Num vero possessor restituere condemnatus, & contra sententiæ executionem ex legitima causa beneficium retentionis opponens, satisfactionem fidejussoriam vel aliam cautionem admittente & bona restituere, petitorumve in eorum possessionem mitti concedere teneatur, dissentiant Dd. Ego in tanto conflictu illorum sequi malo sententiam, qui huic beneficio de jure concesso, simpliciter inherendum *arg. l. 15. §. fin. l. 59. de furt. l. 33. de cond. indeb. l. 14. de d. m. & m. excl. 25. de R. l. §. 14. de O. q. ex d. nasc. & nisi ex gravissimis causis & circumstantiis, quæ aliud suadeant, & forte ut executio sententiæ differatur non permittant, satisfactionem à possessore accipiendam non esse statuunt *arg. l. si se non obtulit. 4. §. ut prator 3. ibi quod noluerit prator obligationes ex obligationibus fieri, & ibi ex magna tamen & idonea causa de R. jud. l. item liberatus 6. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Med. d. l. q. 16. num. 14. part. 2.**

107. Et quatenus hæc exceptio propter impensas & meliorationes conceditur, non solum contra eum à quo causam tenendæ & possidendæ rei habuit *arg. l. si necessarias 8. de pign. act. l. 33. de cond. indeb.* sed etiam contra tertium, cui fortassis res illa restituenda vendita vel alio modo concessa est; donec ipsi possessori satisfiat, competit, *l. colonus 12. de vi & vi arm. l. qui injuria 53. §. 4. de furt. l. si quis rem 20. de acq. vel amit. poss.*

108. Negant tamen Dd. exceptionem retentionis propter expensas in re spoliatam factas, contra agentem ratione proprietatis vel hypothecæ *ex c. redintegrandæ caus. 3. q. 1. & c. sape 18. de restit. spol. à spoliatore* opponi posse, præsertim cum spoliator ante omnia restituendus *c. conquirente de rest. spol. meminerint 6. C. unde vi.* limitationes vide apud *Graven. 2. concl. 76.* & hoc remedium possessorium non admittat exceptionem aliquam, quæ requirat altiorem indaginem, & ubi expensæ & meliorationes primum liquidandæ sint. Neque spoliatus ante restitutionem nullatenus cogitur spoliatori ex alia causa agenti respondere *c. cum dilectus 2. c. ult. de ordin. cognit. Gail. 2. O. 75. nu. 5.* num vero hoc remedium *d. c. redintegrandæ* detur contra singularem successorem, titulo & bona fide possidentem, causamque à non vitioso, sed bonæ fidei auctore habentem detur, dissentiant *Gail. 2. O. 75. num. 11.* qui Negat & *Mynsing. 3. 2. 86.* qui affirmat: quorum opiniones conciliare conatur, *Grav. 2. concl. 75.* quo lectorem remitto quia est questio à meo instituto aliena.



109. Finis retentionis ex hactenus dictis, tum etiam ex descri-
ptione in th. 4. posita satis apparet, scilicet ut id quod ab eo cuius rem
retinemus, nobis debetur consequamur (retentio enim nihil addit
de novo, sed conservat jus nostrum) pro quo vel actionem nullam
habemus, sed solum retentionem l. 33. de cond. in deb. l. 19. §. 2. de hered.
perit. l. 29. §. 1. de evictionib. l. 14 §. 1. commod. vel habemus quidem, malu-
mus tamen rem debitoris nostri, quam habemus, retinere, quam age-
re per all. jura & §. 14. de O. qua del. nasc. l. 25. l. 15 §. 1. l. 204. de R. l. l. §. 4.
de superficies.

110. Effectus hujus remedij, parum aut nihil ferè ab eius fine,
quem jam expressimus, distat, ita ut in eo quoq; conspiciatur: si enim
retinenti fuerit satis factum, æquitas econtra postulat, rem hactenus
à possessore, juris sui conservandi causa retentam, domino suo resti-
tui Quibus etiam in casibus retentio cesset, pro ratione instituti no-
stri, multis adjunximus rhesibus, proinde tædiosum foret, idem hic
repetere.

111. Et tantum de hac amplissima materia pro instituti nostri
ratione dixisse sufficiat. plures casus in quibus hoc juris beneficium
obtineat videre licet apud *Molign. d. tr. de Retentione & reliquos Dd. su-
pra laudatos* ut & eos quos remissive allegat *Greven. pract. observat. 2.
O. 12. confid. 2. num. 3.* Interim mens mihi est à quocun-
que juvari, doceri; monitus autem
meliora sequar.

SOLI DEO GLORIA.

X 2615889

V017







D. O. M. A.
Equo Directore & Preside

12 409.

1644, 1.

hanc
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
DE

JURE RETENTIONIS

permissu & auctoritate

Jesp.

MAGNIFICI NOBILISS. ET AMPLISS.
JURISCONSULTORUM ORDINIS IN CE-
leberrima & illustri ARGENTORATENSIIUM
Universitate

pro

Summis in utroque jure honoribus
ac privilegiis

DOCTORALIBUS

ritè consequendis

Publico & solenni examini subiicit.

ad diem 20. Junij horis locog. solis.

JOHANNES *Breiger* / Neoburgo-
Lunæburgicus.

•§:o:§•

ARGENTORATI
Typis JOHANNIS REPPIL

ANNO M. DC. XLIV.

